

mensae iuxta episcopalis status decentiam pro tua sustentatione non sufficiunt, tuque ex illis restantia terras, castra et loca praefatae ecclesiae ab futuris, quos etiam quotidie pertimescis, invasionibus et incursibus ipsorum haereticorum tueri praeservare ac manutenere amplius non vales. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut tibi et statui tuo in praemissis de oportuna subventionis auxilio providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati tibi medietatem fructuum secundi anni a vacatione computandi quorumcunque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura in civitate et diocesi Misnensi consistentium, etiamsi canonicatus et praebendae dignitates personatus administrationes vel officia in praedicta Misnensi ac aliis dictarum civitatis et diocesis collegiatis ecclesiis ac parochiales ecclesiae seu earum perpetuae vicariae et altera in Misnensi maior post pontificalem, reliquae vero dignitatum earundem in collegiatis ecclesiis praedictis principales existant, et — singula ipsa beneficia extiterint per ea obtinentium cessum vel decessum aut alias quomodolibet praeterquam ex causa permutationis usque ad biennium a tempore, quo huiusmodi nostra concessione uti inceperis computandum vacaturâ, quotidianis distributionibus duntaxat exceptis, exigendi recipiendi et levandi, non obstantibus quibuslibet consuetudinibus privilegiis ac statutis ecclesiarum huiusmodi etiam iuramento confirmatione apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, per quae praesens nostra posset concessio impediri, ceterisque contrariis quibuscunque plenam et liberam concedimus tenore praesentium facultatem. Per hoc autem fabricae seu alteri usui ecclesiarum huiusmodi seu singularibus personis, quibus de speciali consuetudine privilegio vel statuto forsitan debeat, non intendimus praeiudicium generari. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo tricesimo primo III. Non. Maii pontificatus nostri anno primo. L. Therunda.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit dem Bleisiegel an gelb- und rothseidener Schnur.

No. 937. 1431. 21. Juni.

*Notariats-Instrument, wornach am genannten Tage in den Nachmittagsstunden in der Capelle aller Heiligen in Gegenwart des B. Johann und des öffentl. Notars Geo. Reinhardi, dann des Decans Caspar von Schonenberg und der übrigen Mitglieder des Domcapitels sowie der Vicare der Domkirche Nic. Buckaw, Nic. Grymmer, Petrus Eckersberg, Val. Eckardi, Petrus Heckeler, Nic. Noltil, Joh. Wydow, Joh. Messirsmid, Bertoldus Gyfhorn, Petrus Colmen, Joh. Rudolphi, Nic. Wittramm und Petrus Hofeman nach vorher durch den bischöfl. Official Nic. Ilaw und Heinrich Gastmeister Pfarrer zu Camencz auf Befehl des Bischofs mit den Betheiligten desshalb gepflogener Verhandlung der genannte Official darüber Vortrag erstattete, dass sämmtliche anwesende Vicare für sich und andere, namentlich für Andr. Sagan, Sigism. Feierabend, Heinr. Ohelis und Nic. Currificis wegen aller hisherigen Mishelligkeiten und Streitigkeiten, insbesondere im Betreff der von mehreren Vicaren unter sich geschlossenen Verbindung und anderer vom Capitel diesen gemachten Vorwürfe dem Bischof die Entscheidung und Ausgleichung übertragen und dessen Ausspruche in allen Puncten sich zu unterwerfen gelobt haben, und zwar die Vicare bei Verlust ihrer Beneficien, die Mitglieder des Capitels bei Zahlung einer Busse von 1000 Goldgulden. Acta sunt haec Mis-*